


AD II VESPERAS  
DOMINICA RESURRECTIONIS

INCHOATIO


**D** E-us, in adiu-tórium meum inténde. Dómine, ad  
 ad-iuvándum me fes-tí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirítu-i  
 Sancto. Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in  
 sæcu-la sæcu-lórum. A-men. Al-le-lúia.

HYMNUS


VIII. **A** D cenam Agni próvidi, stolis salútis cándidi, post  
 tránsi-tum maris Rubri Christo ca-námus princípi. 2. Cuius  
 corpus sanctíssimum in a-ra crucis tórridum, sed et cruó-rem  
 róseum gustándo, De-o vívimus. 3. Protécti paschæ véspero  
 a devastánte ángelo, de Phara-ó-nis ás-pero sumus e-répti



impé-ri-o. 4. Iam pascha nostrum Christus est, agnus occí-sus



innocens; since-ri-tá-tis á-zyma qui carnem suam ób-tulit.




4. O vera digna hósti-a, per quam frangúntur tártara, captí-va




plebs redímitur reddúntur vitæ præmia! 6. Consúrgit Christus




túmulo, victor redit de bárathro, tyránnum trudens víncu-lo



et para-dísum réserans. 7. Esto perénne méntibus paschále,



Iesu, gáudium et nos renátos gráti-æ tuis triúmphis ággrega.




8. Ie-su, ti-bi sit gló-ri-a, qui morte vic-ta prænites,



cum Patre et almo Spíri-tu, in sempitérna sáecula. A-men.


ANTIPHONA 1

*I f*



E-nérunt ad monuméntum \* Ma-rí- -a Mag-da-  
lé- ne et ál-tera Ma-rí- a vi-dé-re sepúlcrum, al-le-lú-ia.

PSALMUS 109



Dixit Dóminus **Dó**-mino **me**- o: \* Sede a *dextris* **me**- is,

† tu-æ,

donec ponam inimícos **tuos** \*  
scabéllum *pedum tuórum*.

Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex **Sion**: \*  
domináre in médio inimicórum *tuórum*.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, †  
in splendóribus **sanctis**, \*  
ex útero ante lucíferum *genui* te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit **eum**: \*

Tu es sacérdos in ætérnum secúndum *órdinem Melchisedech*.

Dóminus a **déxtris tuis**, \*  
conquassábit in die iræ *suæ reges*.


De torrénite in **via bibet**, \*  
proptérea exaltábit **caput**.

Glória **Patri**, et **Fílio**, \*  
et *Spirítui Sancto*.


Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, \*  
et in *sæcula sæculórum*. **Amen**.

ANTIPHONA 2

II\* *g*




E-ní-te, et vi-dé-te \* locum u- bi pó-situs erat



Dó-minus, al-le-lú-ia.


PSALMUS 113. A




In é-xitu Israel *de Ægý* - pto, \* domus Iacob *de pópulo bárbaro*,  
 factus est Iuda sanctuárium eius, \*  
 Israel *potéstas* eius.  
 Mare vidit *et fugit*, \*  
 Iordánis *convérsus est retrórsus*;  
 montes saltavérunt *ut aríetes*, \*  
 et colles *sicut agni óvium*.  
 Quid est tibi, mare, *quod fugísti?* \*  
 Et tu, Iordánis, quia *convérsus es retrórsus?*  
 Montes, quod saltástis *sicut aríetes*, \*  
 et colles, *sicut agni óvium?*  
 A fácie Dómini *contremísce, terra*, \*  
 a fácie *Dei Iacob*,  
 qui convértit petram in *stagna aquárum* \*  
 et sílicem in *fontes aquárum*.  
 Glória Patri, *et Fílio*, \*  
 et *Spirítui Sancto*.  
 Sicut erat in princípío, *et nunc et semper*, \*  
 et in *sæcula sæculórum. Amen.*

ANTIPHONA 3


IV E



te, \* nunti-á- te frátribus meis, al-le-lú-ia. ut e-ant




in Ga-li-láeam; i- bi me vi-débunt, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia,



al-le- lú-ia.

CANTICUM



Allelú- ia. Salus et glóri-a et virtus De-o nostro, R. Al-le-lú-



ia. qui-a ve-ra et iusta iudí-ci-a eius. R. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.



Allelú- ia. Laudem dí-ci-te De-o nostro, omnes servi e-ius



R. Al-le-lú-ia. et qui ti-métis e-um, pusíl-li et magni! R. Alle-



lú-ia, alle-lú-ia. Allelú- ia. Quóniam regnávít Dóminus,



Deus noster omnípotens. R. Al-le-lú-ia. Gaude-ámus et

exultémus et demus glóri-am e-i. R̄. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Allelú- ia. Qui-a venérunt núpti-æ Ag-ni, R̄. Al-le-lú-ia.

et uxor eius præparávit se. R̄. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Allelú- ia. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, R̄. Al-le-lú-ia.

et Spirí-tu-i Sancto. R̄. Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Allelú- ia.

Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc et semper, R̄. Al-le-lú-ia.

et in sæcula sæculórum. A-men. R̄. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

I- te, nunti-á- te frátribus meis, al-le-lú-ia. ut e-ant

in Ga-li-læam; i- bi me vi-débunt, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia,

al-le- lú-ia.

LOCCO RESPONSORII CANTATUR:

II  
**H** Æc di- es \* quam fe- cit Dó-  
 mi- nus: exsulté- mus,  
 et læ- té- mur in e- a.

ANTIFONA AD MAGNIFICAT

II\* *d*  
**C** Um esset sero \* di- e il- lo u- na sab- ba- tórum, et  
 fores essent clausæ u- bi e- rant discí- pu- li congregá- ti,  
 stetit Iesus in mé- di- o et dixit e- is: Pax vo- bis, al- le- lú- ia.  
 Magní- ficat \* á- nima me- a Dó- minum.

Et exsultávit *spí- ri- tus me- us* \* in Deo *salvató- re me- o*.

Quia respéxit humilitátem *ancíllæ suæ*, \*  
 ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes *generatiónes*.

Quia fecit mihi *magna qui potens est*: \*  
 et sanctum *nomen eius*.



Et misericórdia eius in progénies *et progénies* \*  
*timéntibus* eum.

Fecit poténtiam in *bráchio suo*, \*  
dispérsit supérbos *mente córdis sui*.

Depósuit poténtes *de sede*, \*  
et *exaltávit húmiles*.

Esuriéntes *implévit bonis*, \*  
et dívites *dimísit inánes*.

Suscépit Israel *púerum suum*, \*  
recordátus *misericórdiæ suæ*.

Sicut locútus est *ad patres nostros*, \*  
Abraham et sémini *eius in sæcula*.

Glória *Patri, et Fílio*, \*  
et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, *et nunc, et semper*, \*  
et in *sæcula sæculórum. Amen*.

ANTIPHONA DE B.M.V.

VI  
**R**



E-gí-na cáe-li \* læ-táre, al-le-lú-ia. : Qui-a quem me-  
ru-ísti portáre, al-le-lú-ia : Resurréxit, sic-ut dixit, al-le-  
lú-ia : O-ra pro no-bis De-um, alle-lú-ia.

SALVE FESTA DIES


IV

**S** Al-ve fes-ta di-es, to-to venerá-bilis æ-vo Qua De-us  
in-férnum vi-cit et astra tenet. Sal-ve 2. Ecce renascéntis  
testátur gráti-a mundi Om-ni-a cum Dómino dona redísse  
su-o. Sal-ve 3. Namque triumphánti post trísti-a tártara  
Christo Undique fronde nemus, grámina flore favent. Sal-  
ve 4. Qui genus humánum cernens merísse profúndo, Ut  
hóminem e-rí-peres, es quoque factus homo. Sal-ve 5. Trísti-a  
cessérunt inférnæ víncula legis, Expavítque chaos lú-minis  
o-re premi. Sal-ve 6. Po-lí-citam sed redde fí-dem, precor,


The image shows a musical score for the hymn 'Salve Festa Dies'. It consists of ten staves of music, each with a corresponding line of Latin text. The music is written in a square-note style on a five-line staff. The lyrics are in Latin and include six salves (Sal-ve 1 to 6). The first line starts with a large 'S' for 'Salve'. The text is: 'Al-ve fes-ta di-es, to-to venerá-bilis æ-vo Qua De-us in-férnum vi-cit et astra tenet. Sal-ve 2. Ecce renascéntis testátur gráti-a mundi Om-ni-a cum Dómino dona redísse su-o. Sal-ve 3. Namque triumphánti post trísti-a tártara Christo Undique fronde nemus, grámina flore favent. Sal-ve 4. Qui genus humánum cernens merísse profúndo, Ut hóminem e-rí-peres, es quoque factus homo. Sal-ve 5. Trísti-a cessérunt inférnæ víncula legis, Expavítque chaos lú-minis o-re premi. Sal-ve 6. Po-lí-citam sed redde fí-dem, precor,'



al-ma potéstas: Tér-ti-a lux ré-di-it, surge sepúlte meus.




Salve 7. Solve catenátas inférni cárceris umbras, Et révo-ca




sursum quidquid ad ima ru-it. Sal-ve 8. Redde tuam fá-ci-em,



ví-deant ut sáecu-la lumen: Redde di-em qui nos, te mo-ri-énte,




fagit. Sal-ve fes-ta di-es, to-to venerá-bilis æ-vo Qua De-us




in-férnum vi-cit et astra tenet.

**A**



L-le-lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia, O fí-li-i et fí-liæ,



Rex cæléstis, Rex glóriæ, Morte surré-xit hó-di-e, al-le-lú-ia.

2. Et mane p̄rima s̄abati, Ad ostiūm monūmenti  
Accesérunt discípuli, alleluia.
3. Et Mariā Magdaléne, Et Jacóbi, et Salóme,  
Venérunt cōrpus úngere, alleluia.
4. In albis s̄edet Ángelus, Prædíxit m̄uliéribus,  
In Galiæa est Dóminus, alleluia.
5. Et Joánnēs Apóstolus Cucúrit P̄etro c̄itius,  
Monumentō vénit prius, alleluia.
6. Discípulis adstántibus, In médiō stetit Christus,  
Dicens” Pax vobis omnibus, alleluia.
7. Ut intelléxit Dídimus Quia surréxerat Jesus,  
Remánsit fere Dúbius, alleluia.
8. Vide Thomā, vidē latus, Vide pedes, vidē manus,  
Nolli essē incrédulus, alleluia.
9. Quando Thomás Christi latus, Pedes vidit atque manus,  
Díxit: Tu es Deus meus, alleluia.
10. Beáti qui non vidérunt, Et fírmiter credidérunt,  
Vitam ætérnam habébunt, alleluia.
11. In hoc festō sanctísimo, Sit laus et jubilátio,  
Benedicámus Dómino, alleluia.
12. De quibus nos humíllimas Devótas atque débitas  
Deo dicámus Grátias, alleluia.